



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 88. Bellum adversus Mauros a Ferdinando continuatum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

gistratus honorem opesque perpetuo
 jure Hispaniæ Regibus contulit: Plena
 tamen eorum possessio non nisi Anno mil-
 lesimo quingentesimo adhibitis omnibus
 solemnitatibus stabilita est.

Secul. XV.
 A. C. 1488.

§. LXXXVIII.

*Bellum adversus Mauros a Ferdinando
 continuatum.*

Nec inanis erat Ferdinandi obtentus;
 quippe indefesso Religionis ardore
 bellum contra Mauros urgebat. Hoc
 etiam anno Orientis plagas longe vali-
 diori, quam hucusque fecit, exercitu in-
 vasit, ac primo Bastam, seu Bacam
 munitissimum totius Granatensis regni
 oppidum cinxit, demumque post diutur-
 nos obsidionis labores expugnavit. Hu-
 jus urbis jactura territus Juvenis Regis
 Patruus cum Ferdinando atque Isabella
 concordiam inire animo constituit, mis-
 sisque ad eos Legatis Almeriam, Guadi-
 cem, ceterasque omnes urbes imperio
 suo subjectas obtulit, unice deposcens, ut
 de annua pensione suæ dignitatis, qua a-
 pud Mauros fruebatur, eminentiæ con-
 grua sibi provisum esset. Annuit petito
 Ferdinandus: Muleyus vero omnes sibi
 proprias urbes eidem integra fide cessit.
 Hic etiam aliquo post tempore a Rege
 efflagitabat, ut sibi integrum esset, cum

Marian. ib.
 Surita An-
 nal. l. 20. c.
 65. & 66.

A a 5 omni-

Sæcul. XV.
A.C. 1488.

omnibus thesauris, suisque subditis, qui eum comitari vellent, in Africam secedere; id quoque illi datum est, deprecante pro eo Isabella Regina, illud ipsum quoque suadente magno Consalvo; igitur Maurorum Rex aliquot post diebus excessit, in Hispaniam nunquam reversurus: abeuntem comitabantur tria aut quatuor ferme millia Maurorum, qui vel opulentia, vel inter Proceres nobilitate generis, ac dignitate ceteris prævalebant. Nihil igitur ultra Ferdinandi victoriis deerat, quam Granata, ac nonnullæ aliæ minoris nominis vicinæ urbes; quas tamen omnes succedentibus annis armis suis subjecit.

§. LXXXIX.

Sicilia a Turcis in cassum invasa.

Surita l. cit.
c. 79.
Bosi. part. 2.
lib. 14.
Sabellic.
Enn. 10. l. 8.

Ingens summi Pontificis gaudium ob præclaros Ferdinandi triumphos turbare videbantur hostilia Bajazethis molimina adversus Siciliam: Novum tamen lætitiæ argumentum Innocentio suppeditabat felix, faustusque nuncius, quo Sultanum re infecta ex Insula recessisse compererat; inde enim summus Pontifex anxius exirebatur curis, quibus ob formidandam Turcarum bellicum apparatus cruciabatur. Porro idem Bajazethes in Ciliciam cum exercitu centum milli-